

www.e-rara.ch

**Demosthenis Oratorum Graeciae principis Opera, quae ad nostram
aetatem pervenerunt, omnia**

Demosthenes

Basileae, [1549]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-93319>

Paradigma Generis Demonstrativi.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Laudat itaque Demosthenes ciues in praelio pro salute patriæ fusos, Epidictica ratione, locis nempe personarum. Nec me clām est, Libanium & Dionysium Alicarnassea de inscriptione huius orationis dubitare, quandoquidem uim & maiestatem illam Demosthenicam præ sese non ferat. citat λόγον δῆτον Harpocraton Demosthenis nomine: sed αὐτὸν, εἰς τὸν γνήσιον. Verba Libanii sunt: ὡς δὲ ἐκ τῆς ἐκείνου λέγουσιν. εἰς τὸν γὰρ φερόμενος, & πισυπὸν εἶναι δημοσθένους, τὸν ὡς τὰς τιμὰς καὶ τὸν ὄρωπικόν. πολὺ γὰρ τὸ ἐκείνου διωόμενος ἀρλεπόντη. καὶ ἐχέμεν περὶ γνῶμην λέγουσιν, ἀλλὰ διονυσίου ἀλικαρνασσεῖ δῆτον σιωδονα. ὅτι μὲν γὰρ εἶπεν ὡς τὰς τιμὰς λέγον δημοσθένους, ἀλλὰ λογίζηται. εἰ μὲν δῆτον εἰκός ἐστιν ὅτι ἐκείνου ἐκείνου. Demosthenico tamē nomini adimere hanc non libet, dum alius huius autor non præsto sit. Oratio est mea quidem sententia minimē contemnenda, quum quod filium Epidictici generis hic intueri liceat, tum quod præter cætera decem tribuum (quæ Athenis floruerunt) capita proferat.

PARADIGMA GENERIS
Demonstratiui.

Ciues Atticos, qui uitam suam in bello occumbentes patriæ propinarunt, hac oratione coniunctim Demosthenes laudat.

Ab officio bene uolentiam conciliat, à sua item et auditorum persona.



A' difficultate rei attentos facit.

Magistratū sibi conciliat, dū circa ciuium salutem & commotatē se adeo sollicitū prædicat. A' legis latrone.

Quorū lex de cæsis in praelio prædicandis lata.

Dociles reddit. Quid enim, & quantum laudaturus sit, exponit. Propositio. Genus. A' maioribus.

Comparatio Atheniensium ciuium, cum aliarū urbium incolis. Ab inuentis.

VIA uisum est urbi, uiros, quorum iam nunc funera coram cernuntur, quod in praelio fortiter pro patria dimicando succubuerint, publicis exequiis tumulare: nobisq; iniunctum, ut lege decreta eos oratione celebremus: continuo circumspiciebam, qua ratione fieri posset, ut debitam sibi laudem & iusta præconia consequerentur. Atq; diu hic uaria cogitabundus exploro, animiq; oculis perlustro, quoniam pacto encomium hoc instituerem, adornarem, conficeremq;: ut uita defunctos illos pro dignitate prædicarem: hoc ipsum grauius esse deprehendi mihi imperatum munus, quam ut humeri mei & uires meæ ferre queant. Siquidem dum cunctis mortalibus insitam uiuendi cupiditatem neglexerunt, ach onestè potius mortem oppetere uoluerunt, quam uitali spiritu fruentes, Graciam conspiciari infortunij maleuolentia & insultu cōcuti, adeoq; infelicem esse, Deum immortalem, qui non prosum orationi, nullis non dicendi uiribus inimitabilem planè & inexplicabilem suam ipsorum uirtutem reliquerunt? Mihi tamen æquè hic atq; cæteris, qui non in dissimili argumento antehac uersati dixere, differendū est. Parendum enim tam iusto tamq; pio uenerandi magistratus imperio. Proinde præclare huius urbis circa eos qui bellis occubuerunt sollicitudinem, cum ex plerisq; alijs intueri licet, tum ex hac uel maximè lege, cuius decreto eligit oratorē, qui publica hæc funera publicis etiā laudibus prosequatur, cōmendat, prædicet. Nam dum cōstet apud frugē ciues illos rerū suarū facultates, ac quib. uita sua uti possent, uoluptates despectas, eorumq; cupiditatē & animū omnem eò spectasse, ut & uirtutem & res laudabiles adipiscerentur: operæ precium esse duxerunt patres huius urbis, ut ea ratione illos ipsos honorarem, qua uoti sui, quod dum spirarent adhuc flagrabāt, maximè compotes fierent, ac ea quæ desiderassent, illis obuenirent: ut quam uiuentes obtinuerunt celebritatem, eadem defunctis ipsis redderetur. Quod si fortitudinem duntaxat in ipsis ad uirtutem progredientibus conspicerem, sua illam laude deueneratus, à reliquis mihi temperās discederē. Postquam uerò præclare illis nasci, moderatè educari, ac iuxta liberaliter uiuere contigerit, ex quibus eos haud immeritò ad uirtutē propēiores esse oportuit: non parua me ignominia maneret, si quicquam horum uiderer prætermittere. Quocirca à generis ipsorum initio principium ducam. Claritudo enim natalium ciuium horum, iam inde à non parum est multo tempore cunctis mortalibus satis perspecta. Non enim cuiuslibet naturam ad suos cum parentes, tum maiores & proauos referre tantum modò licet: sed ad totam generatim patriam, cuius ciues indigenas & ex ipsa progenitos esse, in confesso est. Nam soli omneis inter homines eam terram, ex qua nati sunt, incoluerunt, suisq; tradiderunt cum nepotibus, tum posteris. Vt non iniuria quispiam eos qui ad exterarū & aduenarū ciuitates peruenerint, earumq; ciues appellentur, similes esse filiis adoptatijs iudicet: hos uerò nostros, genuina et germana genitura patriæ suæ ueros ciues haberi. Stat sententiā penes me, quod hoc ipsum nimirum, quod fruges (quibus homines uictitant) primū apud nos apparuerint: præterquam quod maximum

mum erga quosuis mortaleis beneficium sit, evidentissimum iuxta signum esse eius
 rei: nempe quod hæc regio & mater & parens maiorum nostrorum existat. Quan-
 doquidem omnia quæ pariunt, alimoniam simul à se creatis naturæ instinctu sugge-
 runt. id quod hæc terra fecit. Quæ igitur ad auitū genus pertinent ciuium horum, ta-
 lia semper sunt. Quæ uerò siue fortitudinē siue alias uirtutes concernunt, omnia per-
 censere non inclinatur animus, ne intempestiua prolixitas orationi huic nostræ accre-
 scat. Quæ uerò iam antea scientibus commodant, ut reminiscatur, ad uerū memoriā
 reuocent & ignorantibus auditu iucundissima, & pulcherrima, multūq; æmulatio-
 nis habent, prolixitatis, omnisq; tædij ac tristitiæ expertia sunt: hæc summam dice-
 re periculum faciam. Tales enim in præsentia ciuium generis, & maiores & patres et
 eorum cognomina & appellationes per successionem tenentes, quibus à sua quisq;
 familia tribuq; discernitur, nemini unquam neq; barbaro neq; græco iniuriā intu-
 lere. Verū erga omnes homines honesti, boni, imò & iustissimi semper esse decer-
 nebant. Hostem à patrijs mœnibus & agro repellentes, se suosq; defendēdo, & mul-
 tas & præclaras res gesserūt. Etenim Amazonum exercitum, qui in fines nostros in-
 gruerat, adeò superauerunt, ut extra Phasin fluuium planē eijcerent. Eumolpi præte-
 rea & multorum aliorum expeditionē, nedum ex propria domo, sed ex aliorum Gre-
 corum regione protruderent. Quos qui ante nos ad occiduum solem habitauerūt om-
 nes neq; sustinuerunt, neq; prohibere ab incursione & uictoria potuerunt. Adhæc
 & liberorum Herculis, qui alios tamen seruauit, illi maiores nostri seruatores nomi-
 nati sunt, quando ad hanc regionem supplices uenerūt, Eurystheī iram declinantes.
 Ac præter hæc omnia & pleraq; alia & multa præclara facinora, non permiserunt, ut
 legitimis defunctorum iustis iniuriā fieret, quando septem illos apud Thebas tumu-
 lo condi uetaret Creon. Multis igitur rebus clarè gestis (quas Poetæ fabulis suis cele-
 brauerunt) omiſſis, horum tantum negotiorum memini, quorum adeò quodlibet
 pulchris & multis honesti exemplis abundat, uti celebriores poetæ ac iuxta histori-
 ci operum suorum argumenta, res illorum gestas sibi desumpserint. At enim quæ re-
 rum gestarum præstantia iam commemoratis nihilo sunt inferiora, neq; tamen quia
 tempore uiciniora sunt, poetarū fabulis inseri uoluerint, ea iam nunc præteribo. Ve-
 rū ea quæ & à priscis, ijsq; optimis poetis atq; scriptoribus fide dignis tradita com-
 perimus, breuiter attingens non omittam. Igitur illi ex uniuersa Asia uenientem ex-
 peditionem, bis cū terra tum mari repulerūt, perq; priuata sua pericula communis
 Græciæ salutis fuere autores. Et quanquā ab alijs quod iam dicturus sum, iam antea
 demonstratum sit, indignum tamen foret iusto ac merito præconio priuare. Tanto e-
 nim ijs qui apud Troiam belligerati sunt, præstant, quanto tum illi ex tota Græcia
 optimates per decem continuos annos unam regionem, imò unam urbem obsiden-
 tes, agrē tandem ceperunt. Hi uerò nostri ex tota Epiro aduenientes, exercitum so-
 licum omnibus copijs suis subuersum nedum ulsi sunt, uerum etiā supplicio, pro eo
 reatu quo alijs uim fecerant, multarunt. In ipsis insuper Græcis immodicam plura ha-
 bendi cupiditatem, circumscribentemq; avaritiam prohibentes, quicquid periculo-
 rum contingeret pertulerunt: iusto moderamine, si modò alicubi institutum esset, ut
 que ad hodiernā etatem, ad nostra usq; tempora sese ipsi gubernantes. Ac nemo exi-
 stimet, quia hæc enumerauerim, me nihil habere, uel saltem dubitare, quid de quoq;
 in prælio fusorum dicam. Nam si omniū minimè adipisci potuissem honesta & præ-
 clara, quæ adsciscerem argumenta, illorum tamen uirtus non paucas, easq; pulchras
 res, quibus eos ad sidera tollam, succenturiat, quas facillimum sanè mihi fuerit connu-
 merare. Atqui constitui mecum maiorum ipsorum, suiq; generis claris imaginibus
 primū ad memoriā reuocatis, hac ratione demum illorum egregijs facinoribus
 orationem hanc adglutinare: ut quemadmodum natura fuerunt congeneres, sic iux-
 tà communibus eos laudibus exornem: ratus hæc & illis non ingrata futura, imò
 non parum utrisq; placitura, si mutua uirtute, nedum natura uerum & præconijs com-
 muncent. Nam & operæ præciū erat interim res antehac à maioribus gestas, præsen-
 tibus indicare, atq; eo pacto, eos qui funus comitati sunt, & ad genus horū nihil per-
 tinent, nobis ut bene uellent permouere. Si publicè mihi cōmissum sit, ut monumen-

O O tum

συλλογισμὸς.
 ἰπὶ λόγῳ ὁ πρῶτος
 τοῦ κεφαλαίου, nempe
 τοῦ γένους καὶ τῶν
 ἰσχυροτέρων.
 προδεδειγμένος, καὶ
 παραδειγματίζων.

Ratio præteriti-
 tionis.
 συναρτῶν τοὺς
 λόγους τοῦ πολυπύλου
 τοῦ.
 Excitat simul et
 attentum efficit
 auditorem de in-
 tegro.
 Reiteratio laus
 dīs maiorum ab
 iustitia.
 Præclara maio-
 rum facinora spe-
 ciatim enume-
 rat.
 Proponit.

Quod proposuit
 narrat.

Comparatio ma-
 iorum qui contra
 Xerxem, et eos
 qui contra
 Troiam pugna-
 runt.

A iustitiæ rebus
 domi gestis.

παραδείγματις,
 cum Digressio e-
 ne.

Ratio παραδειγμα-
 τίζων.
 Propositio 1.

ὑποθέσιν.
 Quo cōsilio ma-
 iorum res gestas
 cōmemoret, uel
 ratio ἐκινῶν καὶ
 Propositio 2.

Redditio, ut exci-
 tentur qui ad fa-
 miliam cæsarū
 non pertinent.

A' simili, quo
difficultatē in at-
tentionis indicat.
Applicatio simi-
lis cum anepig.
Amplificat à
contrario.

Locus commu-
nis de bonis cor-
poris, & audito-
rum beneuolen-
tia.
dispositio, anepig.

Ratio anepig.
A' puerilis aeta-
tis educatione
bonesta & libe-
rali.
gavratia.
Ab imitatione
maiorum.

A' uirilis aetatis
rebus gestis.
Gnome, quare
tione reddit ma-
nifestata indo-
lis.

A' circumstantia
modi dilatat, quo
modo sit manife-
stata denotians.
A' candore &
pietate in patri-
am.

A' bonis fortu-
na & corporis,
quae in patriam
impenderunt.

Laus inexpecta-
ta, quae de se
cum proposito
ne.

Laus epiphone-
matica, qua ne-
cessarium belli
euentum declar-
at.

Probat à contra-
rio, mortem non
obesse uictoriae.

Finis & scopus
in acie dimican-
do occumbentium.

Confirmatio ar-
gumenti.

Ab isto foedere.
per communic-

tum uel funebreis exequias sumptibus pecuniarum, uel alijs quibusdam equestrium uel gymniconum certaminū spectaculis adornare: quanto hoc alacrius, promptius, & exquisitius instituissem, tanto magis quae ad officium & decorum attinent, fecisse iudicaret. Ego uero ad hoc selectus, ut hos uiros oratione mea deprædicē, uehementer metuo, ne, si non fauenteis auditores accepero, longē diuersius atq; oporteat designem. Diuitiae quidem, uelocitas corporis, robur, aliaq; his similia, sufficientes uoluptates & fructus suppeditant possidentibus, regnantq; in ipsis quibus affuerint, uel inuidentibus alijs. Ipsa uero orationum suadela, auditorū beneuolentia indiget, quae cum si uel mediocriter quispiam dixerit, gloriam reportare, neq; non gratiam sibi acquirere potest. Citra hanc, etiam si omnium sit præstantissimus dicendo, ab auditoribus tamen negligitur. Quum igitur non parum multa sint in promptu, quorum causa, qui in prælio desiderati, tam præclara facinora gesserint, non immerito laudandi sint: ambigo tamen proximē ipsorum opera admotus, quod nā primo loco iam iam adducam. Etenim omnia uno tempore præstituta mihi, difficilem, iudicioq; haud exprimendam electionem relinquunt. Attamē eum efficere ordinem rerum conabor, qui fuit & eorum uita. Primū itaq; in omnibus illi præclaris institutionis generibus fuerunt conspicui, per omnes ætatis gradus sese honestē exercitantes, omnibus iuxta morigeri, neq; non gratum facientes, quibus conueniret, nimirum parentibus, amicis, familiaribus. Proinde memoria & maiorum & amicorum eorundem, ceu uestigia illis præmonstraret, nullo non tempore subit, non parua imitandi cupiditate multa quidem animis illorum suggerens, ad quae propensissimos uideret, nec non præstantissimos iam antea cognouisset, & intelligeret. Vbi uirilis ætatis robur accerserunt, nedum ciuibus indolem suam perspectam, uerū cunctis iuxta mortalibus reddiderunt. Est enim omnis uirtutis principium quidem intellectus, finis autem seu uirtutis cōsummatio, fortitudo. Et hoc sanē quid agendū, exploratur: illa uero quod agendum, conseruatur: in quibus illi utrisq; profectō excellentissimos præbuerunt sese. Nam si quod nasceretur commune cunctis periculum Græcis, hi primi præuidebant, sæpeq; numero ad salutem suam omnes animarunt. Quæ res, mentis erga patriam beneuolæ indicium est, & quæ simul ignorantiam reliquorum ciuium accuset, qui uitio quodam quum facile possent, à republica periculū non arcerent, ac talis animi symbolum, quod alia quidem imminetia pericula prænosceret, alia uero contemneret. Quare cū publicæ salutis causa morigeri, & quæ bonos uiros decent peragere secum cogitassent, nullius priuatæ prorsus iniuriæ meminerunt. Sedenim alijs ducatum præstantes, omnia sua cupidē exhibuerūt: nempe corpora, pecunias & socios: ad conflictus tandem experimentum uenere, ubi neq; uitæ suæ quidem pepercerunt. Ac necessariō sanē bellicus euentus se ita gerit, ut si quando prælium cōmittatur, alijs succumbant, alijs uictoria obtenta superstites maneant. Nec hic præmittam, quum sententiam meam liberē proferam. Videntur mihi qui in amborū acie oppetere mortem, nequaquā uicti esse, quin potius apud utrosq; uicisse. Nam qui in prælijs alium uicerit, ac incolumis permanferit, Deū benignitati hoc acceptū referre iudicatur. Porro quisquis in sua fortiter pugnās statione perstitit, fecisse existimatur quantum in se erat, quod fortē uirum decebat. eiusq; animus & scopus eō inclinaret, ut hostiles copias funderet. Quod si quis mortali stirpe prognatus, ea belli fortuna fato suo perfunctus, quod homini contingere solet, perpeffus est: non ne animo & infra & inuictō aduersum hostes occubuerunt? Arbitror enim et eius esse beneficij, quod hostes regionem nostrā non inuaserint, incursiones nullas fecerint, præter ipsam hostium imprudentiam, mentisq; & consilij inopiam, horum uirtutē causam fuisse. Nam cum uirum antehac, qui tum cum illis cōmiserant, periculū uirū nostrarū fecissent, uoluere denuō suos amicos & familiares ad belligerandum nostris cum incitare: & constituerent, qui cogitarent non dissimilibus ingenijs eos occursuros, parūq; splendidum fore decus, eandem, quæ suis antea contigerat, fortunā referre. Cuius rei haud obscurum indicium est, ictum de pace foedus. Demirantibus enim nobis fortitudinem in prælio fusorum, non licet ueriores & meliores factę pacis occasionem & causam assignare. Opinor etiā, si quis eos in acie stantes interrogauerit, num existiment suis uirtutibus

uirtutibus, uel insperata & ardua quadam fortuna, suiq; ducis arte, audacia & animo factum, quod strenue sese gesserint in praelio: neminem adeo imprudentem ac temerarium fore, qui gestis per illos rebus audeat contra uenire, uel ea sibi uedicare. At enim quoniam nume ipsum, in cuius potestate cuncta sunt, pro diuino arbitratu, illis finem uitae nobisq; pugnae dedit, eorum exemplo dignum iam fuerit ceteros, qui superstites mansere, omni sane posthabita ignauia, ad fortitudinem animari.^a Quod uero dux hostium superauerit hos, qui in hoc instructi erant, ut fortissime hos iuuarent, aliquot cum e nostris, tum sociorum copijs, merito quispiam accusauerit.^b Quod si aliquis inquam est mortalium, qui propterea Thebanos in iudicium uocandos putet, quibus hoc mandatū erat, ut hic non segnes essent: nonne aliquot cum e nostris, tum ex illis, haud iniuria sunt accusandi?^c Qui accepta ui, cui animus inuictus foret, & qui nullam hosti uictoriae occasionem daret, qui nihil periculi detrectaret, cui par etiam ad gloriae cupiditatem studium, nullo tamen horum recte, adeoque cum laude sunt usi. Sed haec & alia, ut quisque secum iudicauerit, sic aestimantur. Quod uero cunctis hodie uiuentibus in bonum celsit, & salutis causa extitit, id nimirum est, quod tota Graeciae libertas istorum ciuium animis seruabatur. Postquam ergo fatum nobis illos ademit, nemo ceterorum hostibus restitit. Absit autem inuidia dicto. Nam si quis huiusmodi ciuium Graeciae animam fuisse dicat, omnino uerum narrare mihi uidetur. Simul enim & horum spiritus a proprijs discessere corporibus, & Graeciae dignitas, neque non autoritas sublata est.^d Ingenti fortasse hic excessu uidebimur uti, edisserendum tamen.^e ut enim si quis e consistenti mundo lumen eximat, laboriosa iuxtaque difficilis reliqua sit futura uita: sic his uiris interemptis, omnis (qua antehac fulserunt Graeci) claritudo in tenebras & multam incelebritatem incidit. Et cum multarum rerum causa fortes & magnanimi fuerint, potissimum tamen reipub. nomine non minima uirtuti operam impendere. Siquidem in paucorum manu constituta potestas, timorem quidem ciuibz incutit, sed reuerentiam non commendat. Hinc belli periculis imminetibus, sese unusquisque facile seruat, ut qui sciat, si dominos suos uel muneribus uel quouis alio commercio placauerit, & si turpissima designet, parum opprobrij per cetera sibi etatem fore. At uero in Democratia res se longe secus habet. Vbi multa, & honesta & iusta sancta consistunt, quae prudentem ac patriae suae beneuolum apprehendere ac firmiter tenere oportet. Hic neque libertatem loquendi ex ueritate pendentem, uerum indicando auertere licet. Nec fieri potest, ut omnes ijs qui turpe quiddam admiserint, in gratiam reconcilientur. Nec ibi duntaxat uere opprobrium obijciens uel recitans contristat de linquentem. Enim uero & hoc permolestum est, esse qui tametsi nihil blasphemii dixerint, ipsi alium tamen dicentem talia nedum libenter audiant, sed uoluptatem inde capiunt. Quae omnia timentes nostri, merito propter insequentum opprobriorum ignominiam, imminens ab hostibus periculum sustinuerunt: mortemque pulchram potius optarunt, quam turpem uitam.^f In quibus igitur cuncti hi ciues nostri enituerint, ut praeclearam & honestam mortem oppeterent, hucusque dicta sunt: nimirum genus, educatio, bonorum studiorum, honestorumque conatuum consuetudo, candidus illorum erga rempub. affectus.^g Quae aut per suam quemque tribum admonuerint forteis esse, ea iam commemorabo. Norant omnes Erechthide suum sibi principem cognomine Erechthea pro tum regionis, tum patriae salute suas ipsius filias, quas Hyacinthidas uocant, manifeste, praecipue oculis apparenti morti impendisse.^h Quare turpe arbitrabantur, si is qui ab immortalibus genus duceret, omnia, ut patriae libertatem tueretur, fecisset: ipsi uero pluri uideantur aestimare mortale corpus suum, quam immortalē gloriam. Non ignorabant Aegidae Thesea, Aegei filium, qui primum urbi & reipublicae cum formam tum nomen dedit. Difficile igitur putabant, illius prodere institutum: mori que potius maluerunt, quam ea dissoluta urbe apud Graecos uitam ducere, ubi animae suae amatores uideantur. Acceperunt Pandionide, quomodo Progne & Philomela Pandionis generatae Terea puniuerint, quod ipsis uim fecerat. Non hoc enim sibi pulchrum rebantur neque commodum, nisi congenerem illis animum habere iudicarentur erga Graeciae hostes, per quos Graeciae iniuriam inferri animaduertent. Audiuerant Leontida, memoriae prodi de principis sui Leonis filiabus, quod sese ipse uictimam tradiderint

tionē: Ciues sua uirtute & indole fortes fuisse, non ducis seu fortis impulsu. Conclusio uirtutis ciuium, cum praerati ad emulationem erga uiuentes.

^a Alia praerati & alius, uel praerati occupatio, cum translatione culpa, quod ciues isti obierint: in eos qui auxilio non uenerant.

^b Reiteratio eius de praerati, seu translationis, cum indignatione aduersus ignauiam ducum, qui suppetias ferre debuerunt.

^c Ducum ignauiae exaggeratio. praerati praerati.

^d Praerati Hyperbolen.

^e Comparatione amplificat. Digreditur ad laudem reipub. Democraticae.

^f Amor uirtutis. Magnanimitas Odium ignauiae & uitiorum in Democratia.

^g praerati. Tan- tus est candor in Democratia, ut neque in ferantur, qui aliorum detractatione oblectantur.

^h praerati. praerati argumento- rum laudis.

ⁱ Transitus cum propositione

^j Quibus exemplis permoti sint ad fortiter pro patria occubendum.

ciuibus pro patria. Quum igitur mulieres ille tanto robore prædita fuissent, indecorum adeoque turpe putabāt, se uiros illis inferiores atque imbecilliores uideri. Meminerant Acamantide uersuum Homeri, quibus Acamātem ob seruandam matrem Troiam nauigasse dicit. Quomodo ergo illi non quiduis periculorum subirent, ut proprios parentes suos omnes conseruarent? Nec Oenidas latuit Semele Cadmi filia, cuius gnatum in hoc funere nominare indecorum fuerit, è quo Oeneus progenitus, unde Oenidæ propagati. Qui dum commune utrique urbium periculum immineret, pro utraque fortiter certandum iudicarint. Non ignorabant Cecropidæ principem suum, partim quod Draco esset, partim quod homo diceretur: non aliam ob causam, quam quod intellectu adsimilaretur homini, fortitudine uero draconi. Cogitabant ergo conuenire sibi, ut se tantis dignos maioribus præstarent. Recordabantur Hippothoontidæ nuptias Alopes, ex quibus Hippothoon in lucem est editus, ducentemque illum suum cognitum tenebant. Quæ, quia minimè sunt obscura, decore hoc temporis inseruiēs, lubens prætermitto. Decere putabāt igitur, se illis non indigna facere uideri. Non fugiebat Aiacydes, quod Ajax recusatis sibi primis belli ornamentis, adeoque primatu, armis nimirum Achillis, infelicè potius uitā delegerit. Proinde quando diuinum fatum alij primas adiudicaret, mori pulchrum existimabant, ne quid indignum sese pateretur. Non obliti erant Antiochide, Antiochi principis sui, qui Herculis filius erat. Existimarunt itaque uel dignam tantis generis sui autoribus uitam ducere, uel pulchram per uulnera mortem subire. Miserabiles hic sunt horū familiares, adeoque ad eos propriè pertinentes, modò superstites, tantis orbatī uiris, & à multa illorum & amabili consuetudine atque commercio seiuncti. Omnia item patriæ negotia desolata, & lachrymis & luctu plena.^a Enimvero dii immortales iusta quadā ratione primum pro modico tempore multum relinquūt, celebritatē pariter & gloriam plane immarcescibilem, neque ulla etate flaccidam futuram,^b qua horum liberi beati & felices scribentur, parentes cæcorum conspicui facti ex publico alentur, luctui suo consolationem horum celebritate adhibentes. Præterea ægritudine uacantes, mœrorisque expertes qui uiuūt ciues, et corpora et animos eorū qui in præsentia funebri celebrantur pompa, magno honore prosequuntur, & ingenti præconio pro lege illis debita uenerantur. Quos enim uniuersa patria publicè tumultu cōdit, quicquid sibi publicas laudes consequuntur, quorū desiderio nedū cognati & ciues, imò tota uel Græcia collugget: quomodo tales non felices dici conueniet? Quos haud iniuriā quisquam superis dijs adseñores factos adfirmarit, ut qui eundem ordinem cum bonis uiris & uirtute præclaris iam olim fato suo perfunctis, in beatorū insulis obtineant.^c Non quod aliquis eos illic uisos nobis retulerit: sed quod eos uiuentes dignos putauerimus celestibus honoribus, opinionis nostræ uaticinio & oraculo freti, arbitremur illic tales honores adipisci.^d Est fortasse difficile præsentē oratione calamitatē leuare, periculū tamen faciundū, si quo modo ad res quæ cōsolentur, animū uertere queam.^e Huiusmodi enim uiros, & talibus alijs parentibus nimirū & natos & propagatos, discrimina honestius atque præclarius cæteris pertulisse uideri, quā non decorum est: omni item fortunæ fuisse expositos, cunctam eiusdem aleam explorasse, quā non pulchrum.^f Si quidē hæc illis plurimum ornamenti & honoris acquirunt, quando quidem uniuersæ reipub. & cunctis mortalibus maximam præclara illorum facinora pariant celebritatem.^g Difficile quidē patri et matri, charissimis liberis orbari, à quib. senectutis com meatus erat expectandus.^h Præclarum autem, & honestatis plenum, nūquam conflagrescentes honores et memoriā uirtutis publicam eos posse cognoscere, eosque sacrificijs, nec non immortalibus certaminibus iudicare dignos.ⁱ Mœsticia plenum, orphanos relictos, patre in prælio fuso: pulchrum uero est, patrij splendoris & uirtutis hereditatem adire.^k Atque huius tristitiæ Deum, cui omnes homines in hanc lucem editos cedere necessum, autorem deprehendimus. Quod præconia & publicum honorem adepti sunt, causam esse eorum qui honestè mortem oppetere uoluerunt, uoluntatem.^a Quod ad me attinet, non quā multa, sed quā uera dicerem, cogitauī. Vos luctu, & legitimis, quemadmodum par est, peractis, abite,

^a Cōsolatio, qua consolatur amicos, qui ob defunctos lugent.

^b A' cōmodis, fortiter pro patria dimicantes consequentibus.

A' publico honore.

A' beatitudine & immortalitate.

^c πρὸς τὴν ἀθανάτην.

^d Alia præoccupatio, uel πρὸς τὴν πρὸς τὴν ἀθανάτην.

^e Cōsolatio cum propositione.

^f Ratio propositionis.

^g Obiectio.

^h Dilutio à contrario, utile & honestū continens. Antithesis.

ⁱ Dilutio per ἀντιπαράθεσιν.

^k A' causa tristitiæ et præconij. peroratio breuis.

^a ἀποτομή, claudēs orationem. Sic Thucydides in 2. funebre orationem claudit: iam postquam suos quisque necessarios deplo-rastis, discedite.